

ASCANIVS MISERAT DIVINA S^{MA} MARIAE IN COSMEDI^{NE}

S^{RE} DIACONVS CARDINALIS COLVMNA SACROS^{TA} LATERANENSIS ECCLESIE

ARCHIPRESBITER NECNON MAGNVS PRIOR S^{TI} IOANNIS DE FURLANIS HIEROSOLIMITANE RELIGIONIS CIVITATIS VENETIARVM

Dilectis nobis Priori, et Virginitibus Deo Sacris S^{te} Mariae de Sixena Hierosolymitanæ Religionis. SAL. &

Quia virtutis, et innocentie uis est, ut qui in præditi sunt, cum presentibus facile amicitiam iungant: absentibus gratam sui memoriam relinquunt: sui similes, ad se diligendum rapiant: et dissimiles, in sui admirationem traducant. quare, cum in Hispania citeriore literarum studiis operam daremus; magna, in tota illa regione de uestra probitate integritate, omnium sermone fama perire uisisset, familiam uestram omni honore dignam censuimus, et aliquam dari nobis occasionem optauimus, quâ studium nostrum, in eam significarem. Vbi uero Sixtus V. Pont. Max. nos illi sacerdotio Hierosolimitanæ equestris militiæ, quod Venetijs est, et Prioratus appellatur præesse uoluit, magnus, ad pristinam nostram uoluntatem cumulus accessit. uidebatur enim maiori quodam uinculo astringi, ex albæ crucis insigni, quo nos ipsos libenter decorassemus, nobisq; commune uobiscum fuisset, nisi minor, maior dignitas obstidisset. Cum autem, idem SIXTUS superiori bus mensibus permisisset, ut nonnullas sanctorum reliquias, ex sacrosancta Lateranensi Basilica, in toto terrar. orbe primaria sumeremus. Mexicum Indiæ Occidentalis urbem deferendas: seposuimus item particulas cilicij Joannis Euangelista, et cinerum Joannis Baptista, quas, a nobis per Doctorem Gabrielem Bendich. Cantorem, et Canonicum Oseon acceptas, in celestori templo uestro, primo quoq; tempore collocaretis. Et nostri memores, nos Deo precibus uestris commendaretis, illas uero, ut in nos magno, atq; libenti animo mittimus, ita et uobis gratissimas fore confidimus, et speramus animarum uestrarum saluti maxime profuturas. Quæ, ut omnibus testata sint, hasce literas scribi iussimus, et sigillo nostro muniri. Dat. Romæ Quar. Cal. Maij millesimo quingentesimo Nonagesimo primo.

Scimus Cardinalis Columna

James Jones Sec.

R^{ta} fol. 103 per me Joannem Franciscum Bontempum Cancellarium

